Handschrift

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

e. seculorum Amen. **Vicesimus secundus**

**Sic ista preciosa illa
magnifica sponse
unguenta inventa**
sunt quemadmodum cum tractare-
remus audistis. Sponsi qualia
sunt, Et si digne nos ea prout
sunt non sufficimus explica-
re, haut dubium tamen quin excel-
lentior virtus horum et gracia
efficacior sit, quorum solius non
solum adolescentulas, sed ipsam
quoque sponsam odor excitat
ad currendum. Sibi enim adiutis
nil tale de propriis unguentis
ausa est polliceri. Et quidem
illa illa optima esse gloriatur,
sed non dicit tamen quia in
eis cucurrisset aut curreret quod
iam in istorum odore promittit.
Quid si ipsam unctionem in se
effusam sentiret, cuius ita
tenui exhilarata fragrancia
promovetur ut curreret? Mirum
si non et volaret. Sed dicit
aliquis: desine iam nomen
dare, satis cum ea per se assi-
gnare apparebunt quid sint.
Non minime ego istud polliceor.
Sane vel an ipsa sint que aio
suggerunt dicenda. Crede mihi
f. adhuc nescire me fateor. Ex-
istimo enim sponsum varias
aromatum habere species et non
paucas, et alias quidem esse
in quibus singulariter oblec-
tatur sponsa, tamquam propinquior
ac familiarior, alias vero
que usque ad adolescentulas per-
veniunt, alias que pertingunt
etiam ad longe positos et ext-
raneos, ut non sit qui se abs-
condat a calore eius. Sed
licet suavis dominus in universis,
maxime domesticis tamen, et
quanto quis ei familiarius pro
vite meritis ac mentis pu-
ritate appropinquat, tanto eum arbi-
tror recentiorum aromatum
et unctionis suavioris sentire
fragranciam. Porro in huiusmodi
non capit intelligencia nisi quan-
tum experiencia attingit. Ego
vero haut temere in arro-
garium sponse prerogativam al' arrog'
Sicut sponsus quibus deliciis
spiritus foveat dilectam, quibus
singulariter refocillet sensus
eius inspiracionibus et mul-
ceat odoramentis. Sit sibi fons
proprius in quo ei non commu-
net alienus nec indignus
bibat ex eo. Est quippe ortus
conclusus, fons signatus. Ce-
terum derivantur aque inde in
plateis, eas me hic ad ma-
num fateor. Dum tamen nemo mihi
molestus sit aut invicatus
si de publico haurio mihi et
propino. Nam ut paulisper im-
stetum meum in hac parte con- al' non
mendem, ut nullius profecto